

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Syntaxis Historiæ Evangelicæ**

**Cope, Alan**

**Lovanii, M.D.LXXII.**

83. Iesus emittit Septuaginta duos Discipulos prædicatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

## 118 SYNTAXIS HISTORIE EVANGELICÆ.

CAP. 83. Iesus emisit septuaginta duos discipulos prædicatum, LUC. 10. \* 29.

S. Matthæus S. Marcius.

S. Lucas.

S. Iohannes.

Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in oem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis, Mæsis quidem multa operari jactu pauci. Nogate ergo dum mæsis, ut mittat operarios in messe suam. Ite ecce ego mittto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare fæculum, neque peram, neque calceameta; & neminem per viam salutaueritis. In quacunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiesceret super illum pax vestra. si autem ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes & bibentes quod apud illos sunt. dignus est enim operari mercede sua. Nolite trahere de domo in domum. Et in quacunque ciuitate intraueritis, & suscepient vos, manducate quod apponuntur vobis: & curate infirmos quod in illa sunt, & dicite illis, Appinquauit in vos regnum Dei. In quacunque autem ciuitate intraueritis, & non suscepient vos, excute in plateas eum, dicite, Etiapulueretur quod adhuc sit nobis de ciuitate vestra, extergim in vos. tamen hoc scitote, quia appinquauit regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in die illa remissi erit, quod illi ciuitati. Vnde tibi Corozai, unde tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facte fuissent virtutes quod facte sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes preniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis. Et tu Capharnaum usque ad cælum exaltata: usque ad infernum demergens. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui

S. Matthæus S. Marcus.

S. LUCAS.

S. Iohannes.

aūt me spernit, spernit eū qui misit me.  
 Reuersi sunt aūt septuaginta duo cum  
 gaudio, dicētes, Dñe, etiā dēmonia sub-  
 iiciuntur nobis in nomine tuo. Et tāt il-  
 his, Videbā satanā sicut fulgur de cēlo ca-  
 dentem. Ecce, dedi vobis potestatē cal-  
 candi supra serpentes, & scorpiones, &  
 sup omnē virtutē inimici, & nihil vobis  
 nocebit. Veruntamē in hoc nolite gau-  
 dere, quia spirit⁹ vobis subiiciūtur: gau-  
 dete autem, quōd nomina vestra scripta  
 sunt in celis. In ipsa hora exultauit spi-  
 ritu, & dixit, Confiteor tibi pater, Dñe  
 celi & terræ, quōd abscondisti hēc à sapiē-  
 tibus & prudētibus, & reuelasti ea par-  
 ruulis. Etiā pater, quoniā sic placuit an-  
 te te. Omnia mihi tradita sunt à patre  
 meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pa-  
 ter: & quis sit pater, nisi filius, & cui vo-  
 luerit filius reuelare. Et cōuerfus ad di-  
 scipulos suos, dixit, Beati oculi qui vi-  
 dent quæ vos videtis. Dico enim vobis,  
 quōd multi prophet⁹ & reges voluerūt  
 videre quæ vos videtis, & non viderūt.  
 & audire q̄ auditis, & nō audierūt.\*84.

C A P. 84. Parabolæ de Samaritano vulneratum curante, Luc. 10. \*83.

S. Matthæus S. Marcus.

S. LUCAS.

S. Iohannes.

**E**t ecce quidā Legisperitus surrexit,  
 tentā illū, & dicens, Magister, quid  
 faciēdo vitā eternā possidebo? At ille di-  
 xit ad eū, In lege quid scriptū est? quo-  
 modo legis? Ille respōdēs dixit, Diliges  
 Dñm Deū tuū ex toto corde tuo, & ex  
 tota anima tua, & ex omnib⁹ viribus tuis, &  
 ex omnimēte tua: & proximū tuū sicut te  
 ipsum. Dixitq; illi, Rectē respōdisti, hoc  
 fac & vivas. Ille autem volens iustificare  
 seipsum,

P 4